

Romani conspexerunt: redintegrare aciem sepius conati sunt. Et ut sagittas uitarent: quarum nullus irritus cadebat iactus: procursu in hostem facto: gladiis communis rem gerunt. Sed quis aduersus inuitum deum & pro Gotthis tunc agētem: efficax sit conatus? Non sustinuerit Romā diutius. ceterum dissipatis ordinibus effusa late fuga pallantes: & in una per diū perniciitate salutis spem ponentes: Ut quēq; sors tulit proxima loca petiere. Hostis rabidus eos inseguuntur finem infectādi atq; cädendi: Lasitudine corporū fecit. Castra a Gotthis capta direptaq; Profligatus per hunc modum Romanus infelicissima omnium pugna quas octingentis ab annis fecissent. Alaricus igitur aliquot absump̄tis diebus: tum recipieñ dis: tum subigendis urbibus interiectis: superato Apennino Romam dicit: nullis obuiam factis. Tandem urbs Roma gentium domina christia nę fidei domicilium omni ope destituta captiua. Visigotho regi. Eadem q; arrhiano ceruicem summittit. Direpta uastataq; Intactis tamen a Barbaro sacris apostolorum edibus atq; uasis. anno domini. cccc. xii. Iterum post Breni galli captiuitatem. At si inuicem comparentur. Breni & Alarici uictoriae: superauit profecto gothus gloria gallum. Ille modicam adhuc urbem cepit. Hic gentium omnium reginam. Ille arce frustratus atq; inde repulsus. Hic tota potitus urbe spoliatam reliquit. Sthilico deinde cum Eucherio filio Honorii iussu ab immisis militibus est interfactus. Excedens Roma Alaricus morbo correptus interiit apud Cosentiam anno uix dum circumacto. Quid deinde malorum, seditionum, tyrannorū, Quārum cladium sit acceptum ad hæc usq; tempora de quibus scribitinus enumerare difficile sit: nedum enarrare. Ut Galliis, Hispaniis, Germaniis aliquis quotidianus nouus imper. exurget: Ut quicunq; maiores ordines duceret id sibi nominis arrogaret. Omittere cetera consilium est: Ut tandem ad Athilam ueniamus Hunnorum regem: quem. xxx. aut circiter annis post Alaricum non minoribus aut uiribus: aut animis, Vtriusq; imperii excindendi cupido incessit. Hunnos a scythis oriūdos omnes scriptores tradūt Feram gentem & immanem humani sanguinis praeter cæteras sitientem. Proprii uero nimium q; prodigam. Quæq; in præliis committendis: nullum pene facret discrimen inter uictoram & mortem. A Riphæis montibus egressi irruptionem fecere ad inferiores romani Imperii prouincias circa annum domini. ccc. Pars superata mæotide orientem & Asiam excurrere. De quibus. Beatissimus Hieronymus apud Bethleē agēs: tēpora illa miseratus: ad oceanum scribit. Alia pars septentrionē uersus iter conuertit. Gotthos bello inuasere: Qui multos ante annos pannonias ultra citraq; Danubium incoluerant. Deuictosq; tandem & multis defatigatos præliis uectigales fecere. In germaniā deinde Mādulco & Subtarō fratre regibus transtulere arma. At uero defuncto Mādulco Bledæ & Athilæ patre Sub

b. ivi

*Roma ab Alarico capta. a. 412.**Stilico dignus fuisse soluit.*